

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Caspar Bartholin

**Physicae Specialis Praecepta : Quae thesum loco in disputationibus esse possunt**

**Pars Prima : De corporibus naturalibus simplicibus, eorumq[ue] Mixtione, & mixtionem consequentibus**

Rostochi[i]: Rostochii: Hallervordeus: Richel, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730129136>

Band (Druck)   Freier  Zugang   



P. 110 j  
Pr. Inv. 63 p  
52 p Fac

A - C.  
A - C.  
A - G.  
A - E.  
A - X.  
A - E.  
A - S.

Na\_3010.1-7.

E

15

ij

BB  
55

1. 17.

Giorijus  
Pipistru Bartholom



Juliani dictum.  
Etsi alterum pedem in sepulcro haberet  
nam adhuc discere vultem.

PHYSICÆ  
SPECIALIS

PRÆCEPTA,

Quæ thesium loco in  
disputationibus esse possunt,  
Decerpta ex prælectionibus Physio-  
logiciū publicū

CASP. BARTOLINI,

Pro juniorum memoria.

PARS PRIMA

De corporibus naturalibus  
simplicibus, et unigj.

Mixtione, & mixtione in  
consequentibus.

Cum Gratia & Privilegio Regis.

---

ROSTOCHI,

Sumptibus Joan. Hallervorrei Bibl.

Anno 1643.

**NAT ALIUM VIR-**  
tutumq; ornamenti no-  
bilis. Viro,

Dn.  
**T Y C H O N I**  
**B R A H E ,**  
Ax. F. Dn. De Tostrup, &c.

Amico & fantori quovis  
obsequii cultu prosequendo, a-  
nimis grati benivolq; te-  
standi caussâ

D. D. D.

C. BARTHOLINUS.



CAP. I.

De corpore simplici in genere, &  
in specie de cœlo.

**N**AM corpora simplicia natura  
mixtū priora sunt.

Corpus simplex est quod in-  
de unicum motus naturalis sim-  
plicis principium habeat.

Dicitur Simplex, quod ex aliū non con-  
sistit corporibus naturalibus; interim ex ma-  
teria & forma.

Hinc axiomata: 1. Unius corporis  
simplicis unus tantum est motus secun-  
dum naturam: Ob unam nempe simplicem  
formam. Alioquin plures esse possunt motus  
accidentales, violenti, &c.

2. Simplicis corporis unus simplex est  
motus: Ob simplicitatem formæ moventiū.

Corpora simplicia sunt cœlum cum  
contentū, astris omnibus; & elementis.

Cœlum est corpus naturale simplex,  
perspicuum, tenuissimum, purissimum,  
in hoc universo amplissimo sphæri-

Eum, elementarem mundum proxime  
ambiens, astrorum domicilium.

Etymologia & varia cœli significaciones  
ex nostra petantur Uranologia.

Dicitur corpus naturale, quia constat  
materia & forma. Simplex, sed distin-  
gum ab elementū (unde Aristotelī quinta  
essentia) ut ex reliquo distinctionū verbū  
liquet.

Causæ. Efficiens est Deus.  
Finis: ut sit astrorum domicilium

Forma: Non asistens aliquid intelligen-  
tia, sed cum sit Ens actu informans, est  
inanima; ubi enim in cœlo operationes  
animæ?

Materia est eadem illa prima, quæ  
in toto universo & omnibus ejus partibus,  
cum alias due essent materia prima, &  
Entia citra necessitatem multiplicarentur,  
Adde cœlum esse corruptibile & mutatio-  
nibus obnoxium, ut infra dicetur: Si ma-  
xime non esset; hoc rāmen non ob mate-  
riæ diversitatem, sed ob agentū contrarij  
defectum. At ob varietatem formarum  
cœlum

cælum cum elementis eandem substantiam  
specialem non habet.

Affectiones. 1. Quantitas, quæ finita:  
nullum enim corpus actu infinitum. Maxi-  
mum tamen inter mundi corpora cælum,  
quippe non tantum reliqua inferiora am-  
biens; sed etiam astra maxima quantita-  
tis continens.

2. Figura; sphærica seu rotunda, quip-  
pe capacissima. Et partes universi quæ sub ac-  
spectum cadunt, ad rotunditatem accedunt.

3. Sex positiones: dextrum, sini-  
strum, sursum, deorsum, ante, retro;  
que in cælo, non ex natura rei, ut putare  
Connimbricenses; sed respectu nostri: nam  
quod mihi dextrum aut oriens; alteri esse  
potest sinistrum aut occidens, &c. Hinc  
positus cœli apud diversos variant. Geome-  
tria enim, quia boream spectat, ut habeat  
poli elevationem pro situ loci, dextrum est  
oriens. sinistrum occidens. Sic de aliis. Un-  
de versus:

Ad Boream terra, sed cœli mensor ad Au-  
strum,

Præco Dei, auroram videt, occasumq[ue] Poeta.

A 3

Te

4. Tenuitas, subtilitas & raritas summa. Nulla ibi durities aut crassities imperia, Unde cœlum Hebræus Rachis, tenuitatem infinitans. Hinc non nisi una alicuius momenti sensibili refractio ob halitus circumterraneos, alias plures si cœlum aere denius effet. Hinc Planetæ libere in cœlo modo ascendunt, modo descendunt, & Cometa ibidem modo inter fixas, modo inter erraticas vagantur. Hanc affectionem inse-  
guitur

5. Perspicuitas: & utramq;

6. Invisibilitas. Visibile enim in densitate medium superare debet.

7. Color apparet (non enim debita in cœlo opacitas ad colorem formandum) non realis, Coeruleus: qui oritur, quando actu perspicuum tenebræ excipiuntur, & quasi opacitate: sic aerem inferiorem probabile ibi apparere caruleum, ubi tanquam obscurior radius luminum cœlestium nonnihil il- lustratur.

8. Immobilitas seu quies ratione totius. Cœlum est in loco (ut ita loquar) suo natu- rali, in quo semper quiescit. In cœlo enim sub-

Subtilissimo, ideoq; ad circumrotationem  
in epo Stellæ ipse moventur... Deinde  
motu cœli circularis si quin effet, fieret per  
orbes multos, circulos & circellos. At tales  
in cœlo reales nulli.

9. Corruptibilitas. Cœlum i. totali-  
ter & substantialiter cursu toto mundo in  
extrema die vi divinâ peribit. 2. Suâ na-  
tura est corruptibile, & secundum partes  
(scut & Elementa) corrumpitur; ut li-  
quid ex misericordia prime essentiâ, novu Stellu  
in cœlo generari, &c. Vide Cosmologiam  
& Astrologiam nostram.

Divisio cœli stellati admittenda nullis  
est, si non unum continuum tenuissimum corpore  
in quo Stella motu proprio, sicut pisces in o-  
quin, non iam animali moventur. Vulgo  
distribuerunt cœlum in plures orbes seu sphæ-  
ras, (ad quirum motus moverentur Stella,  
sicut clavus rotat infelix ad rotat motum mo-  
vetur) & quidem mobile primum & secun-  
dam. Primum vocarunt extremum orbem  
omnes reliquias ambientes, ab ortu in occasum  
at hora spatio inferiores emines secum rapi-  
ens.

*La*  
ens. Secunda mobilia vocant orbes s. ab  
occasu in ortum, motu motos contrario;  
nempe spherae rotavam. Stellarum fixa-  
rum & 7. Planetarum rotidem orbe. Qui-  
dam posteriores inter octavam & supremam  
confinxerunt aliam, pro motu trepidationis  
seu librationis à septentrione in meridiem;  
alijs Christallinum seu aqueum cœum, in quo  
stelle nullæ, interjecerunt. Theologi nonnulli,  
sed heterodoxi, supra omnes orbes adhuc  
summum collocarunt cœlum, quod Empy-  
reum vocarunt, cœlum beatorum, cœlum  
celorum, cœlum tertium, &c. sedem Deis  
angelorum & beatarum mentium.

Sed figmenta hac omnia esse fundami-  
nibus destituta in Uranologicū & Astrolo-  
gicū evicimus.

Alij aliam adhuc partem coi faciunt,  
Galaziam seu viam lacteam i calore la-  
titudinem: quæ tam enī nil aliud est, quam  
innumerabilium stellarum exiguarum  
acervatim constituarum confusum &  
commixtum lumen, id quo ad oculum  
liqueat ex perspicillo Galileio. Idem vi-  
dere licet, ubi sparsim per æthera apparent  
con-

ab  
io;  
ca  
ui  
m  
p  
o  
l  
6  
s  
T  
S  
ab  
io;  
ca  
ui  
m  
p  
o  
l  
6  
s  
T  
S

confimilù colorù areole veluti albicantis  
nubis; item in locù, ubi stellæ nebulosæ di-  
ctæ confitæ sunt. Male ergo Galaxia Ari-  
stotelii est meteoron.

## CAP. II.

### De Stellis in genere.

**S**Tella est corpus simplex, cœleste, lu-  
cidum, globosum, visibi divinitus in-  
ditâ in coelo mobile, & ad inferiorum  
salutem à Deo conditum.

**Causa.** Efficiens Deus, qui quarto cre-  
ationù die stellas condidit, cum præcedentū  
tridui lux primigenia et usq; existerit.

Materia ex qua, eadem illa lux primige-  
nia vel lucida substantia primo die creata.

In qua, vel *corpus continens*, cœlum si-  
dereum, unde stella corpus cœleste dicitur.

Forma substantialiù est natura illa cau-  
sa & principium affectionum astralium  
& effectionum.

Finis generalis est salus inferiorum,  
homini praesertim, cuius causa res omnes  
conditæ.

Specialis, præter ornatum, qui secun-  
dari.

A. 5

*Lan*

ariis, est 1. Ut luceant, Sol interdiu, Luna & reliqua Stella noctu, & cum luce calorem aliasque virtutes communicent.  
2. Sint in tempora, dies & annos. 3. Sint in signa, praesertim tempestatum, imbrum, fuscitatum, astu, frigorū, ventorum, &c. Nam & vulgus ex Luna luce, p. gr. sumit prognostica. Unde versus: Pallida Luna pluit, rubicunda flat, alba ferent. Probabiliter ergo astrologi ex siderum certo positi tempestates multas prædicunt; at non certò: sed plurimis falli possunt modū: 1. Ob materiae elementaris mutabilitatem & fluxibilitatem. 2. Ob causas universales, qua particulares vincent. 3. Ob stellas plurimas utrumq; censu adhuc incognitas. 4. Quia alia aliis aliquando viribus suū se opponunt. 5. Ob artificium verorum raritatem. 6. Et discrepantiam in constitutis domorum initis, finibus & proprietatibus.

Affectiones Stellarum in genere sunt:  
1. Figura, qua globosa seu sphaerica (licet ob nimiam distantiam visui plana appearat) quod liquet in Luna, Eclipsibus &

*appar*

apparentia stellarum ubique, terrarum orbiculari.

2. Color; vel plumbium & lividum, in  
H & Saturninū; vel clarus in Jore & Jo-  
vialibus; vel rubrum & cruentus, in Δ &  
Martialibus, vel ex flavo rubescens, in Sole  
& solaribus; vel clarus cupreus, in ♀ & Ve-  
nereus; vel subitrinus in Mercurio & ei de-  
putatus; vel pallidus & albus in Luna &  
Lunaribus.

3. Lux. Nativam aliquam habent o-  
mnes, Sol maximam, Luna debilitatem,  
qua apparet in Eclipsibus coloris rufi, al-  
iquando atri, &c. Mutuantur lumen alii  
quod etiam habent omnes, Sola deinde.  
Stella porrornulla, si ♀ & Lunam excipiat,  
interduo lucere conspiciuntur (nisi ex pro-  
fundissimo puto) quia majus lumen impe-  
dit, quo minus serius hoc occupatus, minoris  
fensionem elicat.

4. Motus. Stellas in cælo quoad rotum  
immoto moveri in Astrolabio avimus ex sa-  
cro codice, patribus, rationibus atque experi-  
entiis invicis.

5. Influentiae vel actiones varie in hac  
inse-

*inferiora. Ut 1. Virtus calefactiva. Astra  
enim non subjective sed effective calida, ca-  
lefaciunt mediantibus radiis hec inferiora,  
quæ calorū sunt capacia. 2. Et variè sub-  
lunaria alias afficiuntur ab astris. Sole  
præsertim & Luna (unde alia hoc, alia alio  
tempore nascuntur) etiam humana corpo-  
ra: non autem voluntas hominū, nisi me-  
diantibus organū corporū, quibus anima u-  
titur inter operandum, & quorum tempe-  
ramentum mores de facili sequuntur: in-  
numeris verò occasionibus nihilominus mo-  
dò in melius, modò in peius flecti possunt.*

### CAP. III.

#### De Stellis in specie.

**S**TELLÆ *alia* sunt usitatae, *alia* inusita-  
tæ. Usitatæ vel fixæ vel errantes.  
Fixæ vel inerrantes sunt quæ cœli parti  
superiori (*alias octavo orbi seu firmamen-  
to*) inambulantes, eandem semper inter  
se & à terra observant distantiam.

Harum affectiones: 1. Numerus. Qui  
tantu, ut exprimi certò non queat, licet  
major aliqui excogitari possit. Diu obser-  
vate

914  
14  
74  
11  
10  
11  
5  
4  
11  
11  
  
vata & nobiles sunt 1022. preter i. Obscu-  
ras & nebulosas. 2. 74. à Typhone obser-  
varas, à prisca neglectas. 3. Eas, que circa  
polum antarcticum à neotericiis observatae.  
4. Et alias apparentibus decuplo plures per  
spicilio Galilai notabiles.

2. Magnitudo. Dicuntur autem stellæ  
magnitudinis vel prima, superantes terram  
visibilibus 96. aliqua 63. aliqua 46; Vel se-  
cundæ vic: 28½; vel tertia. 11; Vel quartæ  
3½; Vel quinta, 1½; Vel sexta, ter ferè  
terra globo minores.

3. Distantia à terra, verisimiliter 14000  
semidiames. terrestre.

4. Scintillatio vel luminū crispatio. ob  
longinquitatem, accendentibus ventū, balis-  
sum copia, aere tremulo interjecto, &c.

Plerasq; autem fixas redigere memo-  
ria causâ ad certas figuræ & classes, quae  
vocabunt asterismos, constellaciones, fidera,  
signa, &c.

Suntq; Zodiacalia 12, Aries, Taurus, &c.  
Septentrionalia 21. Ursa major, minor, &c.  
Meridionalia 15. Balena, Orion, &c. ubi  
namen 14. addidit Fridericus Houtmannus

618.

*Circa polam antarcticum ab iū, qui novum  
orbem lustrarunt, observata.*

Planetæ vel stellæ errantes sunt, quæ in  
parte cœli nobis propiori motum exer-  
cent: & licet definitum, tamen liberio-  
rem respectu fixarum, ut nobis jam reme-  
tiores, jam viciniores jam inter se conju-  
cta, oppositæ vel aliter distantes procedan.  
*Unus Errantes dictus.*

Planeta acie naturali notabiles sunt 7.  
hoc ordine descendendo: **H** **U** **S** **O** **P** **D**.

Et vel principes vel ministri. Principes  
dicuntur luminaria magna, non tam re-  
spectu quantitatæ; quam efficacia, virtu-  
tū, & apparentia luminis at quantitatū; ut  
**O**, luminaare majus, & **D** minus. Minis-  
tri vel sunt supra Solem, **H** **U** & **S**, (bi-  
tamen aliquando est Sole inferior) vel in-  
fra, ut **S** & **P** qui tamen Sole aliquando  
superiores. Instrumentū opticū porrò ob-  
servantur planeta plures, & circa **P** &  
aliqui circa **H**, forte plures sequens inveniet  
etas.

Planetary excessus supra terram, ab  
hac

am  
in  
p.  
o.  
ce.  
yo.  
•  
bac distantia proprietates, &c. in Astrologia  
gianestra inquirantur.

In luminaribus considerantur posib.  
Maculae & Eclipses.

Maculæ in Sole non nisi organo optico  
apparent. Lunæ autem substantia valde  
maculosa, quod rursum per speculum magis de-  
prehenditur; ob partes inæqualiter com-  
pactas.

Eclipses in luminaribus nostro tempore  
nihil frequentiores quam olim: cum nihil  
mutatum, in luminarium & terræ substanciæ,  
quantitate, qualitate, &c. lucis, um-  
brarumq; ratione, vicè Lunaris à Solari di-  
stantia, &c.

Eclipsis Lunæ est privatio luminis so-  
laris in Luna, quando haec è diametro  
Soli oponitur, terra verò inter ☀ & ☽  
interponitur. Tunc enim Luna incur-  
rens in umbram terræ conoidalem longe  
supradpertingentem, lumen amittit à So-  
le acceptum; cum alijs in oppositione plene  
apparet, in quadraturâ dimidiata, in re-  
liquis interficiâ falcata aut gibbosa, in no-  
ritunio plane lateat. Ita enim pro varia ad  
solam

Solem accessu & recessu varie illustrata va-  
rias indit figuræ.

Eclipsis Solis est aversio radiorum So-  
larium à certa aliqua parte terræ, ob vi-  
sibilem ☽ & ☿ sed Eclipticam, hoc est,  
quando latitudo visibilis Lunæ vel nulla est  
vel exigua, & minor aggregatio semidia-  
metrorum ☽ & Luna, quoad 35. minuta  
non excedit.

Eclipsis ergo Solū, moriente Christo, su-  
pernaturalis fuit, quia 1. in prelunio. 2. U-  
niversalis vel toti terræ conspicua. 3. Tota-  
lū cum mora 3 hor. quod alias ob Lunæ mo-  
tum celerem non fieret.

Stellæ inusitata & novæ alias Cometæ  
cœlestes ad differentiam in aere genitorum  
quam naturalium quam prænaturalium  
appellantur.

Apparuerunt aliquoties nostro seku-  
lo, & quidem in cœlo. Nam 1. quædam  
nullam habuerunt parallaxin, quædam mi-  
norem quam Luna, 2. Et ductum circuli ex-  
quisitè maximis sequuta sunt. 3. Motu pro-  
prio tardius mota quam ☽. Adde lumi-  
nū

nū puritatem, crispationem, molū quantitatē, durationū diu: urnitatem, &c.

Efficiens, vel Planetarum in certis locis congregientium. Materia, coelestis est, neutiquam Elementarū. Forma est natura interna, unde motus, aliaq; accidētia. Finis ut sint nunciæ futurorum.

Stella porrò, quæ Magis, nato Christo, apparuit, miraculosè à Deo producebatur in aere ex materia sublunar: tempora- ria enīmerat & diversi motus, ac supra domum splendore insolito in aere fulsit, etiam interdiu; aliquando verò delituit;

#### CAP. IV.

#### De Elementis in genere.

Elementa sunt corpora simplicia, sublunaria, ex quibus mixta omnia primū componuntur, & in quæ ultimō resolvuntur; ipsa verò in alia cor- pora se priora & specie differentia dividī nequeunt.

Communiter statuuntur 4. Ignis, aer, aqua, terra. Sed ignem quidem concedi- mu, si sumatur pro suprema aerū regione purio-

*E  
lan*

pariori, subtiliori, calidiori, exhalationibus experie, at non ut elementum diversum & diversa natura ab aere, ut sit communiter multū modū aere ut calidius ita tenuius & subtilius, cūm de tali nūspiam in scriptura, ubi tamen omnia creatā describuntur; nec tate Optica peritus admittit eō ullo modo posse, nam ex elemento igni decuplo, ut adiungit, aere raroore, nova oriretur Stellarum refractio, adeoq; loci veri ignoratio; quod contra omnem experientiam. Cardani autem & aliorum contra elementum igni argumenta nullius ponderis sunt. Nominatur ergo post hac elementum igni, quid intellectum velim, liquet.

Usus elementorum est i. Ut sint partes unde cum celo universum compleentes. 2. Ut sint primarum qualitatum subjecta. 3. Ut sint materia mixtorum. 4. Et in mixtū varias efficiant mutationes.

Affectiones. 1. Impuritas. Elementa maximam partem esse impura & quasi non-nihil mixta docet experientia. In terra est humidum aqurum quo coheret. In aqua terrestres partes sepor arguit: aerem

im-

impurum qualitates peregrinae, vapores ad-  
mixti &c. testantur. Hęc omnia pro sub-  
lunarium bono. Aqua enim pura esset insi-  
pida & potui inepta, terra humorem alias  
frugibus denegaret, &c.

Elementa autem pura ideo dici possunt,  
1. quia non ita mixta, ut alia, sed aliquid  
salem contagii agnoscantia. 2. quia forte  
purum elementū reperiri potest in terrā cir-  
ca centrum, & in aerū superioribus parti-  
bus. 3. Si minus, mente tamen quodlibet  
in tali natura comprehendendi potest.

2. Figura circularis (qualis cœlum  
ambiens, & terra, circa quam posita reli-  
qua) aut proximè ad hanc accedens.

3. Quantitas finita: cum certa figura  
fint.

4. Qualitates duplices. 1. Alteratri-  
ces, nempe primæ, facientes ut Elementa  
sint materia mixtorum, cum in missione re-  
quirantur actio & passio, adeoq; contrarie-  
tas. 2. Motrices, gravitas & levitas, qui-  
bus convenientia loca in mundo Elementa  
occupant.

5. Proportio rationis & densitatis Ari-  
stoteles

*E  
lan*

Atomis unius elementi ad alterum vicinum decupla, ut ex una parte terra extenuata fiant decem aquæ centum aeris, &c.

6. Motus rectus sursum vel deorsum; à propriâ infinitâ naturâ vel formâ.

7. Generatio & corruptio secundum partes (stante enim mundo tota non generantur aut intercunt) mutuaq; sive circulari transmutatio: quia alia corpora elementū priora nulla, in qua abeant. Facilior autem est transmutatio symbolizantium, hoc est, que alterā qualitate converniunt. In reliquā transiū per intermedium ad alterum elementum requiritur.

## CAP. V. De Terra.

TERRA est elementum frigidissimum, siccissimum, gravissimum.

Finis specialis est, ut sit sedes & domicilium mineralium & metallorum, plantarum, animalium & hominum, & pro sustentatione omnia suppeditet.

Dividi potest terra (non ut purum est ele.

elementum) ut impura. 1. ratione qualita-  
tum, in ratiorem vel densiorem lucum vel  
argillam, &c. de quibus in mineralium do-  
ctrina. 2. ratione situs in Europam, Asia-  
am, &c. de quibus Geographia.

Affectiones. 1. Frigiditas. Terra est  
frigidissima sua natura (alias alicubi  
est calidior, ut etiam ignes evomant & aquas  
ferventes, ob admixta calida corpora pin-  
gria, sulphurea, bituminosa, &c.) & aqua  
frigidior, ideoq; primum frigidum, quia  
1. a fonte calorū, corporibus celestib; est  
remotissima, 2. aqua quam terra citius ca-  
lescit, & terra vix aut nunquam eruitur.  
3. quo profundior putes, eo frigidior aqua.  
4. frigoris effecta & propria maximē in se  
continet. Aqua autem actu citius frigefas-  
cit quam terra, non per se, quod frigidior  
sit, sed quia rara magis ac subtilis, ideoq;  
potentius penetrat.

2. Siccitas (unde scriptura vocat ari-  
dam) Terminis enim suis facile contine-  
tur, nec diffilit, sed humorem facile imbi-  
bit. Quia verò impura est pro usu nascentiū,  
humiditatem obtinet, sine qua infœcunda.

3. Den-

3. Densitas, soliditas & gravitas, fri-  
giditatem seu matrem insequentes.

4. Situs in medio mundi verisimile  
eam sicutam, instar centri: cum 6. signa zo-  
diaci semper sint supra terram & to idem  
infra; cœlum in duas partes aquales nobū  
semper secerur; tempus ante merid. pomeri-  
diano aquele sit, &c.

5. Figura est, sphærica seu globosa,  
unde & scriptura globum seu spharam ter-  
ra nominat: quod præterea patet ex analo-  
gia corporum simplicium, umbra terra co-  
noidali, motu stellarum, qui citius orientalib-  
us apparet, &c. Non obstat 1. Aqua, quippe  
que cum terra unum constituit globum. 2.  
Montes & vallæ, uti nec rimula vel arenu-  
la in magno globo artificiali rotunditati de-  
trahunt. Nec enim absq; montibus terram  
initio conditam aut mandum, ac si in di-  
luvio primum capissent: aqua enim diluvij  
dicitur superasse altissimos montes, & arca  
quievisse supra montes Armenia, &c. Quam-  
vis ut hodie diluvij, terra motibus, &c.  
montes novi & vallæ oriuntur saepe; ita &  
fortè universali diluvij orti montes aliqui,  
6. Ma-

6. Magnitudo totius globi terreni cum  
aqua conjuncti (nam ut in corpore anima-  
liu pasim fluidus sanguis, ita aqua in variis  
terre locis) si cum toto celo conferatur,  
est instar puncti Physici, absq; omni pro-  
portione, hec enim centri indoles, & aliæ  
1. 6. signa Zodiaci cum dimidio celo nobis  
semper non apparerent. 2. Habitantibus  
ad occasum stelle orientales viderentur  
longè minores utpote remotiores, &c. Si  
cum aqua conferas terram, hæc illam  
longè superat, ut continens continentum.  
Et multaterra loca aquæ carent. Ubi vero  
maria sunt, semper terra subjacet, ut sic  
maris profunditas ad terram, instar guttae  
sudorū ad totum corpus. Absolutè consi-  
derata terra continet in ambitu milliaria  
Germ. vel Dan. 5625. sed ob calculi commo-  
ditatem capiuntur 5440, ideoq; in diametro  
1718.<sup>2</sup><sub>11</sub> in semidiam. 857. vel 860.

7. Quies. Terram non moveri (ut volue-  
re veteres permulti, quos sequuntur Coperni-  
cus, Gilbertus, &c.) probamus. Nam i. mo-  
veretur motu recto vel circulari. Non recte,  
qui

qui est sursum vel deorsum, quia est in loco  
suo, extra quem si esset, deorsum renderet,  
sicut partes ejus. Nec circulari: tum quod  
partes ejus motum eum nesciant, tum  
quod in altum projecta non redirent per-  
pendiculariter ad locum pristinum; Adde  
quod unius corporū simplicis unicui tan-  
tum sit motus secundum naturam. Dices,  
violentum esse, aut præter naturalem? At  
ille non diuurnus: hic fieret ratione alte-  
rius corporis. 2. Quia astra ipsa in celo  
moveri alibi invicem ostendimus. 3. Sacra  
scriptura terram quiescere & non moveri  
asserit dicitur clarioribus, quam ut ullū  
glossis ad cuiusvis cerebrum flecti possint  
aut debeant. Si dicas scripturam loqui  
ad captum humanum & vulgarium. Resp.  
1. facilius capi ab intellectu humano mo-  
rum exigui corporis, quam tot vastissimo-  
rum siderum. 2. signum æræ montis Dei et  
in scriptura esse, quando ipsa alibi se aliter  
explicat. Ubi autem dixit alibi, terram  
moveri, stare sidera? In scripturā ergo  
sacrū hominem ludere pietas prohibeat.  
Vulgo objectant, Lunam in sacrū historiū

diss

dici luminare magnum, idq; populari sensu,  
non vero. Resp. Imn. o verisimo. Nam 1.  
magnum est, luet alia majora; neq; enim  
unum recte negavero divitem, quia aliud  
dicitur. 2. respectivè, quid si infinita astra  
sunt Lunam minora, acie naturali non statim  
notabilia? Interim motum terra ut hypo-  
thesin Astronomi concedimus non ut reale  
quid in Physicam intrudendum. Multa e-  
nī planè etiam falsa Astronomiæ pro hypo-  
thesibus assumere potest, unde tamen satū  
commode phænomena demonstrantur cœle-  
stia. Sed de hī alibi accuratiū.

## Cap. VI.

### De Aqua in Genere.

**A** Qua est elementum frigidum, hu-  
midum, gravitate proxime terram  
accedens.

**Finū & Usu.** 1. ut sit pars totum  
integrans. 2. ut sit frigiditatis subje-  
ctum & mixti principium. 3. Con-  
fert pro potu, navigationibus, lotioni-  
bus, coctionibus & macerationibus, re-  
frigeriis, terræ secundatione, molarum

B

C

& machinarum versationibus, p̄scium  
domicilio, &c.

Dividitur aqua, ut impura in usu est,  
ratione loci in fontanam, marinam, lacu-  
strem, &c. & materiae admixtae, in sal-  
sam, bituminosam, gypseam, terream, sul-  
phuream, &c.

Affectiones. 1. Frigiditas penetrans.  
2. Humiditas maxime sensibili, licet  
minor sit quam aerū.

3. Gravitas remissior, ob primam a-  
ctivam remissiorem. Prout vero aqua  
plus in se habet terrestrium partium, et  
gravior; ut marina, quam fluvialis. Ideo  
in illa quam bac facilior narratio, gravium  
ponderum sustentatio, &c. Et illa dulces  
aquas in se fluitare patitur.

4. Impuritas, ut in reliquo Elemen-  
tu. Quid si alicubi pura aqua, forte in  
profundo mari.

5. Proportio ad terram parva. Pro-  
funditas enim quæ exigua: Mari, paucū  
locis 80. vel 100. passus, rariis 200. vel 300.  
variusq[ue] ad 500, hoc est, octayarae partem  
milliar. Germ.

6. Fi.

6. Figura, ad rotundam accedit: ta-  
lis enim totu[m] terra & aque globus, ac gut-  
tae, partes aque. Hinc navigantes paula-  
tim terra prospectum amittunt ob interje-  
ctum maris tumorem.

7. Locus & Situs. Sun: terræ caver-  
næ & concavi recessus, tam supra terræ su-  
perficiem aliquam, quam intimum: Ut siue  
sangvinis in corpore per venas dispersus unus  
est sanguis, sic omnes aquarum rene, rivi,  
fontes, fluvij, lacus, maria &c, per terram  
intus & extra diffusa, una aqua: Et cum  
initio totam terram aqua circumdaret,  
tandem Dei iussu hoc in unum per terræ  
cavernas congregata, terra arida apparuit  
pro usu viventium.

At licet terra omni aqua subfit, aqua  
tamen non est altior terrâ, nisi eâ, quæ di-  
recte aqua substernitur, ob tutelam vi-  
ventium. Nam insula supereminet;  
mare altioribus ripis arcetur; flumina  
& lacus intra suos alveos degant. aqua  
anim & terra unam globum constituant.

E  
Lan

8. Concretio in glaciem. Glacies autem est aqua frigore externo condensata & indurata. Induratur autem, quia terram admistam habet. Ideò oleum minus terra continens crassatur tantum à frigore; & aque multum habentes balatum non facile conglaciantur. Hinc aliquid maria non facile conglaciantur, usi si balitiae copiosi & perperui conjuncti, & si maria sunt salsiora, meridionaliora, &c. mare autem septentrionale maxime est glaciale.

9. Colores vel apparentes vel reales. Hiratione materiæ alienij admixtae, vel externi efficientiæ &c. Illi, pro vario lumini repercussu, loco aprico vel opaco, alvei latitudine & profunditate, &c. Hinc mare cœruleum apparet, ob densitatem & corpulentiam; lacu carente respetu mari, ob raritatem substantia aquarum &c. Reperiuntur autem & aquæ colorum mutantes (ex novâ balitibâ, novâ affluxibâ &c.) alia injecta bac vel illo colore tingentes; alia potâ proprietatem colorandi habentes.

10. Sp.

10. Sapores, ratione terra meatuum  
vel venarum, per quas aqua decurrit.

11. Odores, rerum alienarum admis-  
sione.

12. Sonus, strepitus & horror, ex col-  
lisione, admixta glacie, frigiditate, &c.  
frigida enim major strepitus quam calida,  
qua aere permixta.

13. Inundatio vel diluvium. Univer-  
sale miraculosum era. Particulæ casus-  
se sunt 1. Mutatione alijs elementi in aquam.  
2. Emanatio a mari. 3. Pluvia & imbre.  
4. Situ loci & litorum humilior. 5. Vin-  
tus. 6. Loci subterraneæ cavernæ, in quic-  
bus nonnunquam terra motus, &c.

14. Aquatum aliae qualitates admis-  
randæ, & vel occultæ, vel cognitu diffi-  
ciles, ut, que injecta absorbent aut contrà  
respuunt; que ebulliunt, licet frigida, que  
modò intumescunt, modò resident, que cum  
mari dūcto aestu patiuntur, vel similem  
vel contrarium; que citra consensum cum  
mari augescunt vel deficiunt; que sponte  
per intervalla se expurgant; que mutare,  
etiam uno die, calorem aut saporem; que

*E  
Lan*

ebrietatem, aut contra, vini tedium adse-  
rant; aut oblivionem, aut memoriam, a-  
mentiam, mortem, corrosionem, scru-  
dentium amissionem; qua ardunt; qua la-  
pidescunt, aut etiam injecta perfricant,  
*&c.*

## CAP. VII. De Mari.

**M**are est aquarum collectio maxima  
& salsa, magna ex parte terram cin-  
gens.

Dicuntur maxima, ita ut alias aquas flu-  
minum &c recipiat, non tamen retun-  
det, quia terminos ei Deus prefigit, & flu-  
mina ad locum, unde exire, revertuntur.

Dicitur Mare in visitate sua oce-  
nus, eò quod celeriter fluat; quod varia  
sortitur nomina (licet unum continentur si-  
milia) pro variâ vel regionâ viciniâ, vel  
in suauitate, vel angustatione: ut ubi His-  
paniam aluit, dicitur Hispanicus Oce-  
nus, ubi Danciam, Danicus, &c. ubi in  
Dania angustatur, & postea latius se dif-  
fundit, dicitur mare Balticum. Ubi a.  
fri.

fricam ab Europa dirimit, dicitur Medi-  
terraneum, quod ubi varie angustatur &  
perdeatur in Hellesponto, Propontide & Ba-  
spho Thracico, in vastum se aperit mare  
Pontum Euxinum, aliud mare nigrum &  
majus. De hoc communicat per subterra-  
neos meatus mare Caspium seu Hircanum.  
Oceanus autem ubi sinum efficit Arabicum,  
dicitur sinus arabicus vel mare rubrum,  
(ob subjacentes arenas rubras) ita dicitur  
sinus Persicus, mare australe. &c. Nec im-  
probabile est in terra occultis cavitasibus  
immenis subterranea esse maria.

Affectiones. 1. Salsedo. Hujus causae  
finales sunt. 1. Ut mare sit piscium, sal-  
sugine delectantium, habitaculum &  
quodammodo alimentum. 2. Navigatio,  
qui insula quippe graviori & crastori fa-  
cilior pro navium ponderibus. 3. U. ser-  
vetur mare à putredine & corruptione  
Quoad Efficientem Mare creatum est à  
Deo Salsum. Salsedini autem continua-  
tio hec est: quod vi soli partes tenuiores &  
dulciores mari extenuentur & exhalent  
in vapores: crastores autem & magis adu-

*E  
lan*

Ha rliecta cumq; aqua mariū permixta sal-  
sum & amarum saporem efficiunt: quod  
liqueat in sudore, urina & lizvio. Salsum  
autem magū magū q; non sit, ob ingreden-  
tia flumina, & fontes ex fundo mari dub-  
ces. Lacus perro licet aliqui à salsagine  
terra subjecta salb; tamen pleriq; ion salti,  
ut ut ardore Solis exurantur, quia per sca-  
turigines aquarum dulcium innovantur:  
nec tam ingens exhalationum opia facile,  
nisi in mari, reperitur.

1. Motus varij. 1. Naturalis deorsum.
2. Violentus, ratione ventorum. 3.  
Violentus, in midz mariaquā instar mon-  
suum intumescente à spiritibus ex imo ter-  
ra erumpensibus. 4. à raptu fluviorum  
incurrentium. 5. ab oriente in occiden-  
tem, qui observatur à naviū: ideo eo iti-  
nere facilius & cito quam ab occasu in  
orcum feruntur. 6. Huiç affrū est in  
mari Adriatico & nonnihil in mediterra-  
neo, ubi quasi circulariter moveri vi-  
detur: quia equa terrū clausa quando ab  
ortu in occasum moveri nequit, necesse est  
prope terras flectatur, & in gyrum quasi a-

gatur. 7. A septentrione ad austrum.  
Causam Aristot. refert in altitudinem ter-  
ra borealium. 8. Inundatio; de qua ante.  
9. Æstus maris seu fervor & reciprocatio,  
alias fluxus & refluxus, qui conspicitur  
magnus in Oceano & fluminibus cum in-  
gredientibus; exiguis vel plane nullis in  
eius quibusdam si. ubi. Ut plurimum in  
Oceano sensu quibusvis horum intumescit,  
& alternatum sensu detumescit, ut 24. hor.  
spacio circiter biu permutatim effluat, &  
biu remeet. Finis hujus motus est aquar-  
rum purgatio & a putredine præser-  
vatio; mare enim rejicit putridam mate-  
riam, cadavera &c. sed alias res latitan-  
tes hominibus utiles manifestantur ma-  
ri recessu, ut Margaritæ, corallum, succi-  
num, conchæ, spongiæ, &c. Efficiens po-  
tissima est Luna, adjuvans Sol. Pro  
Luna motu ad lineam vel meridianam  
vel media nocti, mare unda assurgit & lit-  
toria replet, inde vero ad horizontem alter-  
utrum, mare refluit & remittit. Sic pro  
diversis Lunæ ad Solem aspectibus astu sic  
major vel minor. Sed de his uberioris in

Cap. VIII.

De Fontibus & Fluminibus.

**F**ons (*dicitus quod fundat aquas*) est aqua quæ intra terræ sinus clausæ emanatio. Hujus progressus rivus dicitur. Fluvius vel fluentum est aqua copiosior ex rivorum concursu nata, in mare decurrens, aut in aliud flumen, quod tandem in mare exit, se exonerans. Dicitur aliquando amnis ab amoenitate. Differt à torrente perennitate, torrens enim est aqua temporaria ex nivibus, imbribus, &c. collecta, quæ siccitate torrida fit. Lacus autem est magna in loco profundo aquæ perpetuæ collectio inßar mari alicuius minoru, intra alveum suum consistens, habens suas scaturigines aut rivos & flumina, quæ in se recipiens rursum emittit. Differt à palude seu stagno, sicut fluvius à torrente, perennitate. Finis fontium & fluv. est 1. Terræ compactio firmior. 2. pro terra irrigatione,

ani-

animalium potu, piscium habitaculo, &c.  
Quamobrem divino iussu propinquum re-  
giunt redditum, ut usui satis plurib[us]. Ita  
enim Rhenus, Rhodanus & Danubius pro-  
pinquū exorti fontibus in diversas trahun-  
tur pligas & regiones.

Materia vel origo principalis est ma-  
re, unde per terrae meatus aqua ad certa lo-  
cada derivatur. Unde enim alias causa pe-  
rennitatu, copie ubiq[ue] indeficientu, unifor-  
mitatu, mariū non redundantu ex flumi-  
num accessu & c. Adjuvans: pluviae &  
nives liquefactæ.

Ascendit autem aqua fontium ē mari  
granite flexuoso per anfractu varios; &  
facto primo exsultu fontium à Deo, necessa-  
rio continuatā fluxione labetur aqua à ma-  
ri u[er]q[ue] ad locum fontū; alias enim darentur  
inter aquas interrup[er]as vacuum.

Non ergo verisimilis Aristotelū opinio,  
nasci fontes & flumina ex aere & vaporib[us]  
in terra cavernū collectis, instar pluvie.  
Cū enim ex multu aerū partibus genere-  
rur una pars aquæ, ubi sub terra protanta  
balatum mole spaciū cavum?

Di-

*Lai*  
Dividuntur fontes 1. Ratione mineralium & metallorum quae continent. Alij in se continent saltem, ut saltri fontes; alij calcaratum, unde acidula aqua, alijs alumen, bitumen, nitrum, gypsum, aurum, ferrum, plumbum, &c. alijs & quidem per se omnes ex pluribus mixti sunt. Talis aqua mineralis dicitur, qua & simplici, meret & vulgari discedens, cum aliqua subserra- nea conspiravit minera; est ergo vel tincta spiritaliter, vel missa corporaliter, vel utriusque commercey consors. Suntque missiones innumeræ, & varietate humanam industria- am eludentes, adeoque species aquarum mine- talium innumerabiles.

2. Aqua fontium vel est frigida, vel te- pida, vel calida & fervens.

Frigida ut plurimum est ob naturam aquæ. Quædam frigidissima est: que vel ex profunda origine, vel nivi aut glaciis admixta, aut mercurio nitro, &c.

Tepida fit, quando concal facta diu per interiorres terræ canales fluit, prius quam effluat.

Calidæ aquæ seu thermæ passim re- peri,

periuntur. & quandoq; plane' fervidæ, ut  
injecta animalia statim deplum ent vel depin-  
lent, ova injecta in momento coquant, pisces  
brevi temporis spacio de coquant.

Causæ. Forma ex accidentibus & ef-  
fectibus innote scit.

Finis est, mederi morbis, & humidis  
potissimum.

Efficiens est ignis vel æstuarium sub-  
terraneum: calefacit autem ignis subter-  
raneus, vel subjectus aquarum canalibus,  
vel ipsis etiam canales ingrediens. Unde  
nonnulli ignes cum aqua fervidū erum-  
punt, alibi aquæ absq; igni conspicuo.

Materia est sulphur, ( licet aliquando  
bitumen possit concurrere) cuius naturam  
omnibus thermis inesse vel spiritu, vel cor-  
pore crassiori, vel utroq; sensu testantur.  
licet alia etiam genera mineralium inesse  
possint: hinc enim in omnibus ferè thermis  
sulphurū sætor. Atq; hactenus de aqua.

## CAP. IX.

### De Aëre.

A Er est elementum calidum, humi-  
dissi-

B Z

dissimum, levissimum, terram & aquam  
ambiens.

Lan  
Affectiones. 1. Calor (quod patet ex  
rariitate & levitate, & quia destruitur a  
frigore ac condensatur in aquam, vi autem  
caloris nascitur, ut ex aqua rarefacta) sed  
moderatus & remissior, in qua animalia  
vivunt: Ejus enim humiditas calorem  
obtundit. Hinc medicamenta sunt tem-  
perata, qua multum aeru habent, ut ole-  
um, imbibens cujuscunq; fibi injecti vel ca-  
lidi vel frigidii facultatem. Ita & aer ali-  
quando plu justo incalescit causis extrinse-  
ciis; aliquando frigidior, ventis, nubibus,  
pluvia, vaporibus frigidis, hibernis, no-  
turnis, &c.

2. Humiditas summa & major quam  
in aqua: Ut aer sit primum humidum.  
Nam difficilius termino suo coercetur  
quam aqua, et aqua citius exsiccatur quam  
aerum. Quod aer siccum putetur & exsiccata-  
re, ex accidenti fit, quando halitibus siccu-  
referit; & aqua humiditas in sensu ma-  
giis incurrit, quia in crassa harenis materia  
extrinsecus corpora reddit madidiora, aer  
autem

autem tenuitate conjuncta in igne penetrat.  
ut patet, quando pars oleo iungitur.

3. Levitas: sursum n. fertur, hanc sequitur

4. Tenuitas & invisibilitas. atq. hanc

5. Perspicuitas. Est enim medium,  
per quod illustratum videmus.

6. Situs est circa terram & aqua conve-  
xam superficiem usq; ad concavum coeli.

7. Mutabilitas vel variabilitas, que  
in nullo elemento tanta, quanto in hoc modo  
enim aer calidior, humidior, &c. modis  
et contraria. Variat ratione accessus & recessus  
solidorum, ventorum, halitum, &c.

8. Mobilitas vel motus. Agitatur fa-  
cile & cito quasi in momento: Corporibus  
cedit aut succedit. Movetur motu naturali  
sursum, vel ex variis accidentibus, halitibus,  
ventis, &c.

9. Putredo aliqua analogicè ita dicta  
aliquando aeri secundum partem accidit:  
non vera: varie tamen alteratur, vel cor-  
rumptur, & per similitudinem purrescit.

10. Ob privationem debiti motus &  
ventilationis: ut in aere concluso alicubi &  
immoto, ut quasi pestilens fiat, qui recen-

tit

*Lam*  
tu aura perflatu desituitur. 2. Ob ad-  
mixtionem halituum qualitate vel mani-  
festâ, vel occultâ & venenatâ, ut e palu-  
dibus, mari, cadaveribus, cloacâ, putrido  
fimo, corruptâ frugibus, metalli fodinâ, ter-  
ra cavernâ, & post terræ motum, &c.

3. Ob siderum nonnullorum influen-  
tiā, aer ad pestem duponi potest, vel cali-  
ditate & humiditate nimia; qua in corp.  
nostrâ humiditates auget & pурredinem,  
vel circa causam manifestam, ut aeru pu-  
rredinem, &c.

Usus aeru. 1. Universum perficere  
.2 humiditatis subjectum esse. 3. Et mix-  
ti principium. 4. Meteororumq; sedem.  
5. Medium per quod videmus, & per  
quod virtus cœlestium hic derivetur. 6. An-  
imatû necessarium est, animalis ad respira-  
tionem, spiritus generationem, &c. vo-  
lucri ad volatum, &c.

Distingvitur aer (ut ut unum conti-  
nuum sit corpus à terra ad cœlum usq;) in  
3. regiones: supremam, medium & infi-  
mam.

Suprema cœlo proxima, aliud sub ele-  
men

mento ignis, calidior est, siccior & purior;  
quia coelestibus vicinior & ignitorum me-  
teororum receptaculum, nullorum verò fri-  
gidorum: Quantitate semper eādem,  
& longè majori reliqui. Initium enim e-  
jus circa montium vertices, aut infra, si  
montes altissimi sint (infra bos enim nubes  
sunt) ut ad 2. mil. Germ. vel  $\frac{5}{2}$ .

Infima est calida moderata ob salu-  
tem animantium) & humida. Humida:  
ex propria natura & vaporibus humidis in-  
dies exhalantibus. Calida: ex propria  
natura, radiis solaribus circa terram re-  
flexis, & alicubi ex halitibus terra atque  
animantium. At non ubique & semper aquae  
calida, cum ob vaporum & meteororum  
varietatem; cum ob variam radiorum  
Solis incidentiam & reflexionem. Ob  
rectiorem enim tempore aestivo & lo-  
cis meridionalibus calidior est; Ob ob-  
liquam & debilem est cont. diversis locis &  
annis temporibus. Quantitate, aestate ma-  
jore est, & hyeme minor, adeoque media  
regio viceversa, hyeme major, aestate mi-  
nor. Initium infimæ est in superficie terre.

Eis

E  
Lat

Finis adeoque initium medie (que de-  
finiit, ubi supremum initium) est, ubi radij so-  
li resilience desinunt: & quia astre Sole  
sublimioris radij ad rectiores angulos inci-  
dunt & altius resilunt, hinc altior cum  
maregion, & econtra. Vix ramen ultraq; re-  
gio, sma & media 2. millaria Germ. conti-  
nent. Media regio est 1. humida ratione  
naturae sue & vaporum, qui diu inibi  
herent. 2. Calida absolute loquendo, nul-  
lus enim aer esse potest frigidissimus; alias  
calorem solu extingveret, ne ad nos pene-  
traret, & partes montium, que in media  
regione, herbas, arbores, &c. non proda-  
cerent. adde quod in genere frigiditatem  
non sentiant, qui ibi versantur, & quod  
calidi halitus aspidi transcant. Est la-  
men debiliter calida, hoc est, respectivè  
frigida, magis quam reliqua regiones; ob  
defectum caustarum calefacientium, & re-  
frigerantium, ut pluvia, nivis &c. pre-  
sentiam; quamobrem idonea est causa ge-  
nerationis nubium, pluvia, &c. Vapores  
enim eò pertingentes incipiunt refrigerari  
& condensari, aliquando & congelari. Di-

co incipiunt; nam ibi tantum principium,  
postea utuntur viribus propriis, naturaq;  
quà in aquam redant, cùm aqua prius su-  
erint.

Falluntur ergo qui causam hujus frigi-  
ditatù respectiva ponunt à virtute sive  
a calore superiori & inferiori. Nam 1.  
non summum ibi frigus. 2. Calor ab aere  
supremo per medium ad nos pervenit. 3. O-  
portet aer em medium prius esse frigidum,  
postea vero per virtutem augeri, non  
enim ob sideri potest frigus, ubi non est ac-  
tus sum quareatur, unde frigus quod conflu-  
pat e.

## Cap. X.

### De Igni.

**S**ubjicitur doctrina de aere. 1. quia vul-  
gus Physicorum Elementum peculiare  
putant inter cælum & aerem repositum.  
2. Quia aer quando ignitur & summo inca-  
lescit, ignis appellari potest. 3. Et ignis at-  
re indiget. Aliud in doctrina mixtorum de  
igni doceri posset. Nam

Ignis

*lat*  
Ignis nil aliud est, quam corpus ali-  
quod incensum. Dividitur autem

1. Ratione loci in supraterreneum,  
focalem culinarem seu usualem, extrater-  
ra cavernas generatam; & subterraneum,  
qui intra cavernas terra gignitur (sig<sup>z</sup> pro-  
dit in thermū, fumi & flammū, quas ter-  
ra passim eructat) ab exhalatione seu spi-  
ritu cavernis inclusō, qui frigorū & vni-  
tate partis cogitur in locorum angustias,  
exitus autem querens attritū & conflictu  
axardescit. Materia est sulphurea, bi-  
tuminosa aut mixta, quippe qui facile i-  
gnem concipit ob pinguedinem. Tandem  
etiam licet difficultius, incendio involvuntur  
saxa & res aliae.

Modi & formae locorum terrae arden-  
tium variant. Nam 1. Vel intra specula la-  
tent, occulte terrae viscera exedentes, &  
ruinas post edentes; vel foras emicantes.  
2. Quidam spiritu vehementiore evanunt  
hanc vel illam materiam in agros vicinos,  
quidam nullam. 3. Quidam noctu tan-  
tum spectantur, ob lumen debile quidam si-  
mul interdiu. 4. Quidam loca continuo  
arz

ardent: quidam per intervalla, refunctū  
viribus. 5. Quidam in superficie terra ha-  
rent, quidam in profundo.

2. Dividitur ignū in carbonem &  
flammam. Carbo est ignis flammæ ex-  
pers, in quo plus terræ est, quam aëris:  
ex cuius tamen attenuatione flamma faci-  
lē igni potest. Flamma plus subtilioris  
substantiæ & aëris agnoscit. Estq; visia  
bilis vel invisibilis. Hic esse potest solus  
aër ignitus, non apparente flammâ, igni  
tamen visibili vicinus; ut ille quo carnes  
in veribus affantur. & tandem comburun-  
tur: non enim tanguntur ab igni, quem vi-  
demus. Ille communiter flamma dicitur,  
estq; incensio aëris & fumi crassioris ex  
re adusta ascendentis. Dominatur ergo  
hic aër magū quam terra.

Affectiones flammæ sunt 1. Figura  
pyramidalis: nam circa accensam mate-  
riam flamma latior est & amplior, ob plo-  
bulum ignis copiosius ibi & crassius quasi  
subsidens. 2. Diversitas coloris uti &  
crassitiei & tenuitatis est pro diversitate  
materiarum. In crassiori pabulo est den-  
sior

flor fiamme & rubra; in tenuiori subtlerior & albidior.

Caussæ ignis, potissimum usualis. Efficiens est generans vel conservans. Generatur ignis 1. attritione & concussione. 2. propagatione vel accessione unius ex alio. 3. Caloris intensione, ut in fæno vel aliis humidis præscentibus. 4. Coitione radiorum Solarium in concavum aliquod & reflexione. Conservans est aer ejusq; ventilatio. Hinc ignis in loco aliquo conclusus, aere carens libero, extinguitur. Caussa corruptio ignis est 1. Pabuli defectus. 2. Ejusdem nimia copia quæ ignis obruitur. 3. Extinctio ex contrario. 4. Privatio ventilationis. 5. Nimia ventilatio & flats dissipans.

Materia vel pabulum ignis est quidquid comburi potest. Commodius est aëreum, deinde terreum, minimè aqueum. Hinc ligna arida citò inflammantur. Formam accidentia producunt. Finis, usus & effecta sunt, calefacere, siccare, coquere, resolvere, sudorem movere, &c. quem nimius ignis absumendo impedit;

Item

Item vicem sustinere nativi caloris, ut in  
excludendū pullū in fornacib⁹ Ægypti⁹; &  
cœlestis, in metallū transmutandū &c.

Affectiones igni sunt 1. Utere & lu-  
cere nempe in materia densa; in valde re-  
nui vix uru⁹ aur lucet; nam aliquando tam  
subtilū flamma datur, ut vix videatur aut  
tactu sentiatur. Ut autem igni quid uras  
actu secundo, requiritur 1. Justa proportio  
& quantitas inter agens & patiens. 2. Ma-  
teria utilis. 3. Justa mora. 4. Contactus  
aut distantia non nimia. 5. Ne miraculose  
a Deo inhibeatur, ut siebat in fornace Baby-  
lonica.

1. Non putrefcere. Major enim cali-  
ditas & humiditas igni accedere non potest.

2. Habere aliquam generandi facul-  
tatem, adeq⁹ ut in igni animalcula qua-  
dam generari possint, vivere & conservari;  
ut notum ex historia Pyraustarum minimè  
fabulosa.

## CAP. XI.

### De Elementorum Mixtione.

Mixtio est miscibilium alterorum  
unio. acci-

*La*  
Accipitur autem hic Mixtio non pro  
quatu appositione & confusione, sed prota-  
li copulatorum alteratione & unione, ut  
mutua actione & passione nova produca-  
tur species.

Definatum est Mixtio, quae non plane  
idem est cum mixtigenratione, ut voluit  
Erasius; nec ab ea realiter differt, ut pura-  
vit Mercenarius; sed ratione differunt,  
ut recte Zaharella. Mixtio enim dicitur  
respectu termini a quo, nempe elementorum  
uniendorum: Mixtigenratio, respectu ter-  
mini ad quem, vel forma mixti, que pro-  
ducitur. Mixtio enim non est mixta sed e-  
lementorum: Generatio non elementorum,  
sed mixti.

Genus est unio, vel conglutinatio di-  
versorum transmigrantium in unam natu-  
ram, ut unum fiant species, vel uniu noyus  
actus seu species.

Reliqua loco differentia ponuntur: Mi-  
scibilium, id est, elementorum. Ad  
perfectam mixtionem omnia concurrunt,  
licet unum aut duo in mixto constituti  
dominentur maxime. Alterorum:  
nem.

nempe actione & passione mutuā per  
contrarias qualitates; quae mutuā pugnā  
infringuntur & ad moderationem ac pro-  
portionem rediguntur.

Caussæ. Efficiens remota sunt cor-  
pora coelestia, quæ in hac inferiora agunt  
& ad certas actiones dūponunt. Propin-  
qua: qualitates.

Finis. Primus est forma mixti. A pri-  
mo ortu est universi perfectio & pulcri-  
tudo. Ideo mixtorum tam varia species.

Materia sunt miscibilia vel Elementa,  
quorum ad mixtionem requīsita sunt hæc.  
Motus localis, ut sibi mutuo appropinquent.  
2. Contactus. 3. Ut invicem agere & pa-  
ti possint. 4. Alterari, & ad moderatio-  
nem redigi. 5. Ut certam inter se habeant  
agendi proportionem, ut unum alterum  
quodammodo [non nimium] superet. 6. A-  
deoꝝ in diversum quid mutantur. 7. Sine  
in partes minutissimas facile divisibilia. 8.  
Post mixtionem aliquando à se invicem se-  
parabilia.

Officia, quæ sustinent Elementa cum  
sui qualitatibus in mixtione. Humidus

C

&c

*E*  
*Lan*  
¶ & siccum sunt materia mixtionū. Ab hu-  
mido est continetas, à secco consistens.  
Calor est agens, miscens, frangens, distin-  
dens. Frigidum calorē modum imponit.  
Itaq; in mixtione terræ officiū est frigidita-  
te calori resistere; siccitate aerū & aquae  
mollitatem temperare: Aquæ: frigiditate,  
ut terra; humiditate mollire siccitatē ter-  
ræ ad formam facilitius suscipiendam. Aëris  
ratione calorū. ut de calore dictū; bumidi-  
tate siccā ad proportionē redigere; tenuitatem  
pervadere, subigere, rarefacere, dilatare etc.

Forma loco generū est unio. Modus  
est: manere in mixto formas elemento-  
rum integras & perfectas; qualitates ta-  
men multis modis refrangi & ad tempe-  
riam moderationemq; reduci. Quam Avi-  
cenna sententiam fūse in Mictologia contra  
Averroistas & alios confirmavimus.

## C A P. XII.

### De corpore mixto, ejusq; temperamento.

**F**īnu & effectum mixtionū est corpus  
mixtum, estq; corpus naturale ex ele-  
men-

mentis compositum, plura motus natu-  
ralis principia habens. Estq; vel imper-  
fectè vel perfectè mixtum. Illud, in quo  
aut non concurrunt omnia elementa,  
aut si omnia, non tamen perfectâ altera-  
tione exactè invicem mixta & unita, sed  
leviter tantum alterata, ut quam proximè  
ad unum aliquid elementum accedant.  
Hoc è contrà; in quo omnia elementa  
sunt perfectâ alteratione unita. *Talia*  
*sunt omnia mixta præter Meteora.*

Deinde vel est homogeneum vel he-  
terogeneum. Illius partes omnes sunt  
eiusdem naturæ, definitionis & nominis  
cum teto: hujus diversæ. v. gr. *Aurum*  
est corpus similare, quia qualibet eius pars  
est & dicitur *aurum*. *Planta* est corpus di-  
similare; quia non omnes eius partes dicun-  
tur *planta*, sed *radix*, *ramus*, &c.

*Caussæ* eadem hic, quæ in mixtione.  
Affectiones. 1 Motus mixtus, ob plu-  
ra principia moventia, ut liqueat in ventu  
animalibus, &c. aliquando simplex secun-  
dum prævalens elementum, ut in lapidi-  
bus, metallis, &c.

*ut in aqua sunt, ab aqua in iū dominium.*

*3. Qualitates varia tam occultæ. quam manifestæ.*

*4. Temperamentum vel prima affectio est corporis mixti, & mixionū qualiter effectus, fini & perfectio; estq; unio proportionata. 5. Qualitatum primarum, initio pugnantium, deinde ad moderationem reductarum, disponens mixtum ad actiones recte obeundas. Vel: sunt ipsæ qualitates primæ unitæ & proportionaliter contemporatæ.*

*Dicitur & complexio congrua dipositio, & harmonia omnium qualitatum,*

*Qualitatibus materia denotatur, proportione forma. Efficiens est mutua affectio & passio vel pugna, quæ ad mediocritatem reducuntur qualitates, ut in unam conspirent complexionem, qua denominatur ex qualitate principatum obtinente.*

*Finis est aptitudo ad actiones obeundas.*

*Temp.*

Temperamentum vel est æquale vel  
inæquale. Æquale dicitur exquisitè tem-  
peramentum, ad pondus *æquale* & pro-  
portionū Arithmetica ob præcisam ingre-  
dientium æqualitatem. Ut si elementa  
in mix' o concurrant. 1. Æqualibus ponde-  
ribus pari mole & magnitudine. &c. 2.  
Non pari mole sed viribus æquabilis. II-  
trumq; cogitari magis potest quam dari,  
& si dari; non diu sufficeret. Ponitur inte-  
rim hoc postremum doctrinæ caussa. ceure-  
liq; regula. Inæquale est qualiscunq;  
qualicatum concursus, uniuscujusq; ta-  
men speciei naturæ actioni & usui con-  
gruens. Unde dicitur temperamentum,  
ad justitiam Geometrica proportionū (qua  
distribuit, ut cuiusq; dignitas postulat) &c.

Estq; vel simplex, ubi una tantum  
qualitas prædominatur, ut calidum, frigi-  
dum, hum. vel siccum; vel compositum,  
ubi binæ qualitates reliquas excedunt, ut  
1. Calidum & siccum, quod igneum, &  
in animalibus cholericum. 2. Calidum &  
humidum, quod aereum, in animal. san-  
gineum. 3. Frig. & hum. quod aqueum

*Lan*  
in an. phlegmaticum. 4. Frig. & Sicc. ter-  
reum, in an. melancholicum.

II. Temperamentum vel est generale  
vel particulare. Generale vel est totius  
homogenei, ubi totum & partes sunt e-  
iusdem temperie; vel heterogenei, sur-  
gens ex consensu omnium partium, ut si  
frigida partes calidus, &c. temperentur.  
Speciale est in toto dissimilari, ut in ani-  
mali alia est temperatura ossis, alia cor-  
di, &c.

III. Vel absolute consideratur, nul-  
li comparatum: Vel comparatis, atq[ue] ita  
conseruit 1. species cum specie. Ut ho-  
mo in animalium genere temperatissi-  
mus (in genere autem substantiarum cu-  
m humana in volâ manus) ob actiones  
perfectissimas, leoni tamen compara-  
tus est frigidus; asini, calidus. 2. In-  
dividuum cum individuo. Ut unus ho-  
mo alio est temperator, calidor, frigi-  
dior, &c. sic canis pre homine fricu,  
alio cane humidior, &c. 3. Individuum  
cum seipso. Ut homo comparatus cum  
seipso,

se ipso diversa atate, regione, anni tempore,  
diata, &c.

Hinc innumerabiles temperamentorum  
varietates.

I V. Vel per se vel per accidens. Ut  
calidum per accid. potius calefactum dicitur;  
sicut aqua fervens.

V. Vel actu, vel potentia. Actu cali-  
dum frig. &c. tactu judicatur. Potentia  
v. gr. calidum est quod assumptum nos  
calefacit, intercedente mutatione à calore  
nostro; ut vīnum, pīper, &c.

### CAP. XIII. De Coctione:

**C**octione est perfectio facta à calore  
turali & proprio ex oppositis passi-  
vis, quæ propria cuiq; materia existunt.  
Per coctionem in genere hic talis qua-  
dam digestio intelligitur, per quam mixta  
in temperamento imperfectio aliqualius sol-  
litur.

Genus, quo forma denotatur, est per-  
fectio, vel alteratio, seu actio perfecti-  
va, id est, ulterior quadam contemperatio

C 4

vel

*E  
Can*  
vel temperamenti absolutio.. Ut pomum immaturum licet perfectè mixtum sit , sit tamen perfectius ac usui esuīg̃ ap. ius, si coctio vel maturatio accedat.

Efficiens principalis est calor. interius proprius & naturalis, vel cuiq; corpori insitus & ad ejus temperamentum pertinentes. Ut, pomum maturescens in se calorem habet, cuius beneficio maturatur. Adjuvans est caufa quæcunque externa, ut calor solis, ignis & quorumcunq; calefacientium.

Materia sunt passivæ qualitates, à calore terminandæ, humidum præcipue, ut ex hoc superfluum tollatur.

Finis est acquisitione justæ qualitatis usui accommodatoris.

Effecta coctionis adeoq; proprietates concoctorum sunt 1. Caliditas. Hinc vina vetera calidiora recentibus. 2. Crassities: (quia humidum abundans à calore absuntur) nisi fiat secretio vel separatio crassiorum partium. Hinc excrementa jadicantur bona & cocta si crassifusa. 3. Dulcedo. Hinc castaneæ cruda acerba, tosta vel

vel elixatae dulces. Causa petatur ex na-  
tura dulcedini.

Oppositum ratione motus est putre-  
do. Ratione ejus quod per motum com-  
paratur, est & cruditas & inquinamen-  
tum per putredinem comparatum: hoc  
tamen magis, quam illud, sicut avaritia  
magis liberalitati contraria, quam prodi-  
galitas: ita longius a coccione abest putre-  
do, quam cruditas.

Cruda autem dicuntur, quae abun-  
dant multo humido male cum siccis par-  
tibus mixto, quod calor ob imbecillita-  
tem exacte superare non potest, quippe  
qui nimio humido obruitur.

Dividitur Coccio 1. in perfectam, quae  
justo modo & tempore absolvitur, &  
imperfectam ob caloris aspergitionem  
vel deficientis, ut tardior, quam pri est,  
fiat coccio, vel excedentis, ut celerior quam  
par est. & ad combustionem promoveat.  
2. In Maturationem, Elixationem & As-  
sationem.

Maturatio propriè est ea perfectio  
quæ ortui naturali succedit. Ut fructus

*E  
lam*  
primū generantur, deinde maturantur.  
Huic opponitur immaturitas, caussā vel  
caloris minoris, vel humoris copiosioris,  
vel utriusq;.

Elixatio est coctio à calore humido  
non pingui ejus indeterminati quod est  
in humido.

Efficiens est calor cum humido con-  
junctus (*rem elixandam continens & am-  
biens*) non pingui, ut aquā, vino, aceto,  
&c. Frixio namq; fit à calore in humido  
pingui, ut oleo, busyro, adipe liquatā, &c.

Materia est illud, quod indetermina-  
tum est in humido interno rei elixandæ,  
quia non justam habet ad siccitatem pro-  
portionem, hoc est, humidioras superflua,  
qua adhuc est in re elixanda, per calorem  
extrahenda ac vincenda.

Proprietates rei elixatae respec*tivæ*  
sunt. 1. Quod sit siccior astā, ratione  
defectus humoris aërei; humidior vero  
ratione aquei, qui in priorū extracti locum  
suctedit.

2. Minor dulcedo, quam rei frixa,  
*que*

que dulcedinem aliunde attraxit, multumque alieni pinguū, ventriculo nocivū.  
Hinc rei elixa quam frixa major salubritas.

Opposita elixationis sunt 1. Cruditatis, inquinatio, vel inchoata elixatio; ex defectu caloris, aut humore continentem immodico. 2. Ex caloris redundantia oppositum; quale in cibū jam amarus redditus, medicamentū, non ita lenio, ac operosit, igne coctū, &c.

Afflatio est coctio humidi interni facta à calore sicco: Quando nempe humidum superfluum absimitur

Materia eadem quæ elixationis.

Efficiens, calor siccus: ideo exteriores partes siccat & ferè incrustat; ut interiores partes humidiores maneat, contraria quæ in elixatione.

Opponitur 1. Tostio seu adustio, nullo plane humore remanente. 2. Imperfecta & inchoata afflatio à caloris defectu, vel aquæ multitudine, quæ res, quæ affatur, affluit. 3. Mixtum ex utroque re-

repugnanti, quando partes exteriores sta-  
sim uruntur, intimū crudū relictū.

CAP. XIV.  
De Putredine.

**M**ixti corruptio expendenda nunc ve-  
nit, qua vel naturalis, ut putredo;  
vel violenta, ut combustio & pe-  
trificatio.

Putredo Aristoteli est corruptio na-  
turalis, in unoquoq; humido, facta ab a-  
lienā caliditate, quæ est ambientis.

Genus est corruptio (quia putredo gene-  
rationi simpliciter opponitur) qua formam  
putredinis indicat, si strictè sumatur: sin-  
larius, formaliter putredo erit separatio  
humidi à secco, qua sit in tempore. Defini-  
tio autem data competit putredini summa-  
tariis, pro termino una cum pravia altera-  
tione.

Dicitur corruptio naturalis, etiam si  
sit ab externo principio & contra natu-  
ram mixta: sicut conservationem appetentia;  
quia sit secundum naturæ universalis in-  
stitutum, postulans ut omnia ortæ interitai  
sint

sint obnoxia, & in Elementa, ex quibus  
constant, resolvantur; id quod sit per solam  
putredinem.

Additur caloris (videlicet in mixto qua  
mixto, non qua animato) proprii, nempe  
huic vel illi mixto, cum certa proportione  
ad humidum, & naturalis, quatenus sim-  
pliciter humido imperat in omni mixto,  
& cum sicco illud miscet unius. Dicitur  
ergo corruptio calorū respectu mixti, quod  
calore privatur, respectu calorū, est tan-  
tum ejus à simili eductio & attractio. Non  
enim in putredine agit, sed patitur: non  
separat humidum à sicco; sed continere  
non potest.

Subjectum putrescibile est humidum  
(primariò. secum secundariò) unde humili-  
diora citius putrescunt; minimum enim  
humidum calor facilius & diutius regit. Et  
humidum quidem elementare (mixto, quā  
mixtum est, competens, quod evocato ca-  
lore liberè vagatur & à sicco separatur)  
tām aereum quām aqueum. Hinc ignis  
non putrescit, quia nec humidus, nec secum  
patitur aliquid commisceri, sed cū cali-  
disi-

*E  
Lan*

dūsum sit, consumit omnia, & aliud calidum vel potentius non agnoscit. Magis tamen aquatum. Hinc quæ aërea natura sunt, ut oleum, ligna arida, &c. non tam citò putrescant, ut aquæ.

Dicitur humidum unumquodq; &c. tam naturale, quād adventitium; ut si ligna arida extēnum humorem imbibant, facile putrescant, licet quadam non item, sed magis magis indurentur & lapidescent; ob fīcum firmius, oleositatem compactiōrem, aquam respuentem nec imbibentem, & ob alias singulares proprietates.

Efficiens putredinū primaria est alia caliditas ambientis vel continentū aliquis corporis, ut aerū, terra, aqua, vini, aliorumq; succorum, in quibus res putrescere possunt.

Agit autem calor ambiens primariō non in humidum, quod alias absumeret, & tum humidum calorū non dominaretur, sed calorem rei internum, quem evocat, ideoque simul calorū vehiculum, humiditas, ad exteriora fertur. Propterea

66-

calor externus si internum evocabit, medius  
criter saltem hunc superare debet. Nemis  
enim imbecillū non evocat. Hinc hyemeres  
difficulter putrescunt. Intensior exteriores  
partes torrefacit, ut calor naturalis intus  
manens melius ficcum cum humido uniat;  
at liquet in carnibus infumatus. Intensissi-  
mus combustionem efficit.

Hinc non, aut difficulter, putrescunt

1. Valde calida & calidissima. Nam minor  
est ambientū quam rei caliditas.
2. Valde  
frigida, conglaciata, concreta, ut metal-  
la, &c. quia calore alieno non satū incale-  
scere possunt, nisi arte; & cum liquefiant,
3. Quæ moventur aut fluunt. Res enim  
ciciniis moventur quam ab ambiente altere-  
tur.
4. Res multæ vel magnæ: quia in  
majori major inest vel caliditas, vel frigidis-  
tas; ut magū posse resistere.

Efficiens secundaria est frigiditas  
mixti interna, non tantum privativa,  
vel privatio calorū, qui abiit, sed posi-  
tiva terra & aqua, que cum ante in  
mixto integra vires singulares non han-  
ge.

lebat, jam vires pristinas resumit. & calorem mixtū gravis oppugnat, donec a mixto prorsus recesserit.

Dividitur putredo in totalem & partialem. Totalis, facta vel perfecta hactenus potiss. definita est & explicata: quando mixtum omnino in elementa dissolvitur.

Partialis, imperfecta & siens (cuiuscundario tanquam via & preparationi ad totalem definitio Aristotelica data competit) est recessus à temperamento naturali major, vel minor; ubi humidum adhuc secco est aliqua ex parte determinatum. Talis est in febris nonnullū, in pomis, quæ vulgus putrida vocat; in quibus nondum totalū putredo, nisi quando pomum in elementa resolutum est, nec quidquam super est, quā in terra & pulvī.

Partialū vel est levior vel major. Levior est alteratio secundum sola accidentia, manente formā substantiali, id eoque tale mixtum ad pristinam natūram redire potest. Ut in vino leviter putrescente, progressus putredinū adhuc im-

pe-

pediri potest. sic humores in corp. humea  
no putrescentes sapè à Medicis restituuntur  
pristina natura.

Major est, quā perditur quidem for-  
ma substantialis, non tamen sit resolutio  
in elementis, sed mutatio in aliam mixti  
speciem, ideoque tantus est recessus, ut  
corrigi putredo non possit, sicut in pomo  
putrido.

Sic etiam ex iis, quæ putrescent, gene-  
rantur animalia diversam habentia for-  
mam à forma mixta putrescentia.

Efficiens aristotelii est caliditas sejunc-  
cta seu segregata, qua parte adhuc natu-  
ralis est, qua ante omni humido domi-  
nabatur, nunc certae tantum & definite  
parti dominari potest, & cogit materiam  
per frustula, ut potest. Effic. remotior est  
calor coelestis. Materia est humidum à  
sicco segregatum & solutum, quo duo cas-  
tor segregatus secundum quasdam  
particulas unit & deter-  
minat.

CAP.

CAP. XV.

De Combustione & petrificatione.

*E  
lat*  
**C**ombustio est corruptio mixti vio-  
lenta in igneam naturam facta à ca-  
lore intensissimo.

Efficiens est calor intensissimus v. gr.  
Igneus. Materia est quodvis combusti-  
bile. *Aprifimum autem est ficcum. Humi-  
dum enim calorem obtundit.* Modus a-  
gendi in combustionē est vehementis, non  
lenis, ut in putredine.

Petrificatio est corruptio mixti vio-  
lenta vel transmutatio in rem lapideam,  
terream, &c.

Nomen petrificationē tanquam vulga-  
tiorū & notiorū retinetur: alioquin mu-  
tatio in ferrum dicenda ferrificatio, &c.

Efficiens esse potest 1. Frigiditas. 2.  
Siccitas. Nam corallium planta mari,  
quando extra aquam est, induratur pri-  
mū & lapidescit, ab ambiente pene-  
trante frigore & siccitate humiditatē  
aquea opposita; licet addi possit abscon-  
dit.

dita duritiae èrèptiæ, quam in se habeat.

3. Vis quædam peculiaris petrificans,  
vel assimilatrix agenti insidens.

Materia vel res transmutanda talis  
est. 1. Ut corpus habeat porosum & pe-  
netrabile. 2. Ut humiditas propria vel  
adventitia facile ab ea possit secede-

re. Sed de his fusiis in

Mithologia.



Index

*E  
lant*

## Index Capitum.

- C**ap. 1. De Corpore simplici in gene-  
re, & in specie de Cœlo.  
**C**ap. 2. De Stellis in genere.  
**C**ap. 3. De Stellis in specie.  
**C**ap. 4. De Elementis in genere.  
**C**ap. 5. De Terra.  
**C**ap. 6. De Aqua in genere.  
**C**ap. 7. De Mari.  
**C**ap. 8. De Fontibus & fluminibus.  
**C**ap. 9. De Aère.  
**C**ap. 10. De Igni.  
**C**ap. 11. De Elementorum mixtione.  
**C**ap. 12. De Corpore mixto, ejusq; Tem-  
peramento.  
**C**ap. 13. De Coctione.  
**C**ap. 14. De Putredine.  
**C**ap. 15. De Combustione & Petrifica-  
tione.



ROSTOCHII

Sumptibus Joannis Hal-  
ervordei,

*Excudebat*

JOHANNES RICHELIUS  
Senat. Typogr.

ANNO

M. DC. XLIV.

(60) (60)  
8

E  
fan

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730129136/phys\\_0076](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730129136/phys_0076)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730129136/phys\\_0077](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730129136/phys_0077)

**DFG**

E  
Lan

Ethica (frat for)  
Goli  
Sacerdos:  
Dicoctasid.  
Goth. (grifin.)  
Danseur.

BRANTH

sum in coteri lapid  
sus erunt. Testimoni  
no 13 + Sex terra mort  
homines rusticos, in  
extinctos diriguisse,  
tuas redactos: que  
renibus cōspectus. D  
annorum uterus &  
verse sunt inventae  
storia factus petrifi  
28. annos gestati in  
busio.

Quamobrem nibi  
ra nisi lapide duri  
scente accidente, n  
verie.

Coronidis loco  
generacionis lapid  
corpore hum

Materia in qu  
partes humanae  
quamplurime, in  
in cerebro, aurium  
pebris, sub lingua,



the scale towards document

anibus  
et An-  
nilius  
vaccis  
sistat  
inqui-  
liere et  
epidem  
est Hi-  
nibique  
nte Al-  
n natu-  
lapide-  
m cen-  
place  
orū in  
m sun  
triae &  
calalit  
sub pal-  
scibus, in  
pulmo-